

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## P. Vergili Maronis Aeneis

Vergilius Maro, Publius

Berolini, 1889

XI.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-730](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-730)

## XI.

Aeneas victoriae tropaeo posito funus mortuis faciendum indicit, — 28  
 maxime Pallantem deflet honorificisque exsequiis patri remittit, 99  
 legatis Latinorum ad funebria dat duodecim dierum indutias, 138  
 Euander filium amissum simul et lamentatur et laudibus ornat; 181  
 ceteris, qui obierunt mortem, iusta faciunt hic Aeneae, illic Turni  
 socii. 224

Dum Turni consilia et facta partim improbantur partim defenduntur,  
 legati Arpis reversi Diomedem pacem suadere Latinis nuntiant, 295  
 consilio convocato rex de foedere ad Troianos mittendum censet; 335  
 idem suadet Drances in Turnum vehementissime invectus ut  
 luctus publici auctorem, 375  
 dissuadet Turnus Drancis ignavia offensus et spe victoriae elatus. 444

Allato nuntio adesse hostes consilium distrahitur, paratur bellum: 485  
 equitibus Tarchonis obsistit Camilla, peditibus Aeneae Turnus. 531  
 Camillae viraginis de iuventute fortuna ultione Opim edocet Diana. 596  
 Etruscis per campos urbi appropinquantibus cum alii se obiciunt, 647  
 tum Camilla omnium, quos petit, caede tantum terrorem incutit, 724  
 ut aegre Tarchon exemplo virtutis edito proelium redintegret. 759  
 tum demum Arruns insidiis Camillam adoritur hastaque perfodit; 835  
 mortem eius vindicans Opis Arruntem sagittae ictu interimit. 867  
 Latinos amissa duce fugientes Etrusci usque in moenia agunt, 895  
 Turnum ex silvis revocatum Aeneas subsequitur urbemque circumsedet.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.  
 Aeneas, quamquam et sociis dare tempus humandis  
 praecipitant curae turbataque funere mens est,  
 vota deum primo victor solvebat Eoo.  
 ingentem quercum decisis undique ramis  
 constituit tumulo fulgentiaque induit arma,  
 Mezentis ducis exuvias, tibi, magne, tropaeum,  
 bellipotens; aptat rorantis sanguine cristas  
 telaque trunca viri et bis sex thoraca petitum

2 et om. Parrhas.      2/3 damn. Peerlk.

Officia exsequiarum, consilium Latini: ad Laurentium fit pugna equestris.

5

perfossumque loc  
 subligat atque en  
 tum socios (nam  
 turba ducum)  
 maxima res et  
 quod superest; l  
 primitiae manib  
 nunc iter ad reg  
 arma parate ani  
 ne qua mora igr  
 almerint super  
 impediit segnis  
 interea socios in  
 mandemus, qui  
 te' ait, egregie  
 hanc patriam p  
 muneribus, ma  
 mittatur Pallas,  
 abstulit atra di  
 Sic ait in  
 corpus ubi ex  
 servabat senio  
 armiger ante  
 tum comes a  
 circum omnis  
 et maestum I  
 ut vero Aene  
 ingentem gem  
 pectoribus ma  
 ipse caput niv  
 ut vidit leviqu  
 cuspidis Auson  
 'tene' inquit  
 invidit Fortun  
 nostra neque  
 non haec Eua  
 discedens dede  
 mitteret in ma

12 s. nam  
 animis dist. Kl.  
 om. PR 24  
 Vergilius.



perfossumque locis clipeumque ex aere sinistrae 10  
 subligat atque ensem collo suspendit eburnum.  
 tum socios (namque omnis eum stipata tegebat  
 turba ducum) sic incipiens hortatur ovantis:  
 'maxima res effecta, viri; timor omnis abesto,  
 quod superest; haec sunt spolia et de rege superbo 15  
 primitiae manibusque meis Mezentius hic est.  
 nunc iter ad regem nobis murosque Latinos.  
 arma parate animis et spe praesumite bellum,  
 ne qua mora ignaros, ubi primum vellere signa  
 adnuerint superi pubemque educere castris, 20  
 impediatur segnisve metu sententia tardet.  
 interea socios inhumataque corpora terrae  
 mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est.  
 ite' ait, 'egregias animas, quae sanguine nobis  
 hanc patriam peperere suo, decorate supremis 25  
muneribus, maestamque Euandri primus ad urbem  
 mittatur Pallas, quem non virtutis egentem  
 abstulit atra dies et funere mersit acerbo.'

Sic ait inlacrimans recipitque ad limina gressum,  
 corpus ubi exanimi positum Pallantis Acoetes 30  
 servabat senior, qui Parrhasio Euandro  
 armiger ante fuit, sed non felicibus aequae  
 tum comes auspicii caro datus ibat alumno.  
 circum omnis famulumque manus Troianaque turba  
 et maestum Iliades crinem de more solutae. 35  
 ut vero Aeneas foribus sese intulit altis,  
 ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt  
 pectoribus maestoque immugit regia lectu.  
 ipse caput nivei fultum Pallantis et ora  
 ut vidit levique patens in pectore volnus 40  
 cuspidis Ausoniae, lacrimis ita fatur obortis:  
 'tene' inquit, 'miserande puer, cum laeta veniret,  
 invidit Fortuna mihi, ne regna videres  
 nostra neque ad sedes victor veherere paternas?  
 non haec Euandro de te promissa parenti 45  
 discedens dederam, cum me complexus euntem  
 mitteret in magnum imperium metuensque moneret

12 s. namque . . ducum in susp. voc. Kl. 1882, 27. 18 ante  
 animis dist. Kl. 1882, 18; cf. Serv. 21 ve] que libri pr. M<sup>1</sup> 23 est  
 om. PR 24 ait] agite Peerlk.; cf. Serv. pl. 38 mistoque Peerlk.



acris esse viros, cum dura proelia gente.  
 et nunc ille quidem spe multum captus inani  
 fors et vota facit cumulatque altaria donis,  
 nos iuvenem exanimum et nil iam caelestibus ullis  
 debentem vano maesti comitamur honore.  
 infelix, nati funus crudele videbis!  
 hi nostri reditus expectatique triumphi?  
 haec mea magna fides? at non, Euandre, pudendis 55  
vulneribus pulsum aspicias nec sospite dirum  
optabis nato funus pater. ei mihi, quantum  
praesidium, Ausonia, et quantum tu perdis, Iule!  
 Haec ubi dessevit, tolli miserabile corpus  
 imperat et toto lectos ex agmine mittit 60  
 mille viros, qui supremum comitentur honorem  
 intersintque patris lacrimis, solacia luctus  
exigua ingentis, misero sed debita patri.  
 haud segnes alii cratis et molle feretrum  
 arbuteis texunt virgis et vimine querno 65  
 exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.  
 hic iuvenem agresti sublimem stramine ponunt,  
 qualem virgineo demessum pollice florem  
 seu mollis violae seu languentis hyacinthi,  
 cui neque fulgor adhuc nec dum sua forma recessit, 70  
 non iam mater alit tellus virisque ministrat.  
 tum geminas vestes auroque ostroque rigentis  
 extulit Aeneas, quas illi laeta laborum  
 ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido  
 fecerat et tenui telas discreverat auro. 75  
 harum unam iuveni supremum maestus honorem  
 induit arsurasque comas obnubit amictu,  
 multaque praeterea Laurentis praemia pugnae  
 aggerat et longo praedam iubet ordine duci.  
 addit equos et tela, quibus spoliaverat hostem; 80  
 vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris  
 inferas, caeso sparsurus sanguine flammam  
 indutosque iubet truncos hostilibus armis  
 ipsos ferre duces inimicaque nomina figi.  
 Ducitur infelix aevo confectus Acoetes 85  
 pectora nunc foedans pugnans, nunc unguibus ora,

54 *exoptatique* R      80 *damn. Ribb.*      82 *sparsuros a<sup>2</sup>b<sup>c</sup> $\pi$*   
*flamam* Ry      86 *post 87 pos. Güthl. 1877, 23.*

sternitur et tot  
 duent et Rut  
 post bellator  
 it lacrimans  
 hastam alii ga  
 victor habet.  
 Tyrrhenique o  
 postquam omni  
 substitit Aeneas  
 nos alias hinc  
 fata vocant: sa  
 aeternumque v  
 tendebat muros  
 lamque or  
 relati ramis ob  
 corpora, per c  
 redderet ac tu  
 nullum cum v  
 parceret hospi  
 quos bonus A  
 prosequitur v  
 quanam vos  
 implicuit bell  
 pacem me ex  
 oratis? equi  
 nec veni, ni  
 nec bellum  
 hospitia et T  
 aequius huic  
 si bellum fin  
 apparat, his  
 vixit, cui vit  
 nunc ite et  
 dixerat Aene  
 conversique  
 Tum se  
 infensus iuve  
 orsa refert:  
 vir Troiane,  
 post 87 R  
 cesserat libri p



sternitur et toto proiectus corpore terrae.  
 ducunt et Rutulo perfusus sanguine currus.  
 post bellator equus positus insignibus Aethon  
 it lacrimans guttisque umectat grandibus ora. 90  
 hastam alii galeamque ferunt; nam cetera Turnus  
 victor habet. tum maesta phalanx Teucrique sequuntur  
 Tyrrenique omnes et versis Arcades armis.

postquam omnis longe comitum processerat ordo,  
 substitit Aeneas gemituque haec addidit alto: 95  
 'nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli  
 fata vocant: salve aeternum mihi, maxime Palla,  
 aeternumque vale.' nec plura effatus ad altos  
 tendebat muros gressumque in castra ferebat.

Iamque oratores aderant ex urbe Latina 100  
 velati ramis oleae veniamque rogantes:

corpora, per campos ferro quae fusa iacebant,  
 redderet ac tumulo sineret succedere terrae;  
 nullum cum victis certamen et aethere cassis;  
 parceret hospitibus quondam socerisque vocatis. 105

quos bonus Aeneas haud aspernanda precantis  
 prosequitur venia et verbis haec insuper addit:  
 'quaenam vos tanto fortuna indigna, Latini,  
 implicuit bello, qui nos fugiatis amicos? 70

pacem me exanimis et Martis sorte peremptis  
 oratis? equidem et vivis concedere vellem.

nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent,  
 nec bellum cum gente gero; rex nostra reliquit  
 hospitia et Turni potius se credidit armis.

aequius huic Turnum fuerat se opponere morti. 115

si bellum finire manu, si pellere Teucros  
 apparat, his mecum decuit concurrere telis:

vixet, cui vitam deus aut sua dextra dedisset.

nunc ite et miseris supponite civibus ignem.' 80

dixerat Aeneas. illi obstipuerunt silentes 120  
 conversique oculos inter se atque ora tenebant.

Tum senior semperque odiis et crimine Drances  
 infensus iuveni Turno sic ore vicissim  
 orsa refert: 'o fama ingens, ingentior armis,  
 vir Troiane, quibus caelo te laudibus aequem? 125

post 87 Ribb. lac. stat. 93 omnes] duces Rbm Serv. 94 praecesserat libri pr. γ<sup>2</sup>; Ribb. 103 redd. ut tum. ac coni. Kl. ZöG. 1881, 597.



iustitiaene prius mirer belline laborum?  
 nos vero haec patriam grati referemus ad urbem  
 et te, si qua viam dederit Fortuna, Latino  
 iungemus regi. quaerat sibi foedera Turnus!  
 quin et fatalis murorum attollere moles 130  
 saxaque subvectare umeris Troiana iuvabit.<sup>2</sup>

dixerat haec inoque omnes eadem ore fremebant.  
 bis senos pepigere dies et pace sequestra  
 per silvas Teucricae mixtique impune Latini  
 erravere iugis. ferro sonat alta bipenni 135  
 fraxinus, evertunt actas ad sidera pinos,  
 robora nec cuneis et olentem scindere cedrum  
 nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Et iam Fama volans, tanti praenuntia luctus,  
 Euandrum Euandricae domos et moenia replet, 140  
 quae modo victorem Latio Pallanta ferebat.  
 Arcades ad portas ruere, et de more vetusto  
 funereas rapuere faces: lucet via longo  
ordine flammaram et late discriminat agros. *cul. 102.*

contra turba Phrygum veniens plangentia iungit 145  
 agmina. quae postquam matres succedere tectis  
 viderunt, maestam incendunt clamoribus urbem.  
 at non Euandrum potis est vis ulla tenere,  
 sed venit in medios. feretro Pallanta reposito  
 procubuit super atque haeret, lacrimansque gemensque 150  
 et via vix tandem voci laxata dolore est:

'Non haec, o Palla, dederas promissa parenti. *f. 145.*  
 cautius ut saevo velles te credere Marti!  
 haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis  
 et praedulce decus primo certamine posset. 155  
 primitiae iuvenis miserae bellique propinqui  
 dura rudimenta et nulli exaudita deorum  
 vota precesque meae! tuque, o sanctissima coniunx,  
 felix morte tua neque in hunc servata dolorem!  
 contra ego vivendo vici mea fata, superstes 160  
 restarem ut genitor. Troum socia arma secutum

H.  
 Aet. III, 940  
 f. II, 1295.

126 *iustitia* MR; cf. Serv. pl. *labore* a<sup>1</sup>, nisi errat Thomas X  
*laborem* P<sup>1</sup>? Ry<sup>2</sup> 134 *silvam* M 136 *pinus* libri pr. M; Ribb.  
 145 *iungunt* Mb Lad. 149 *Pallante* libri pr. M<sup>2</sup>; def. v. Boltenstern  
 GPr. Dramburg 1880, 14. 151 *voces* M<sup>1</sup> *vocis* P<sup>1</sup> Heins. *dolori*  
 Serv. XII 47, Heins. 152 post *parenti* Ribb. comma repos. *petenti*  
 'alii' ap. Serv. pl.; def. Madv. 30.

obruerent R  
 atque haec  
 nec vos arg  
 iunximus h  
 debita erat  
 mors gnatur  
 ducentem in  
 quin ego n  
 quam pius  
 Tyrrhenique  
 magna trop  
 tu quoque  
 esset par ac  
 Turne. sed  
 vadite et ha  
 quod vitam  
 dextera caus  
 quam debe  
 fortunaequ  
 nec fas, sed  
 Aurora  
 extulerat lu  
 iam pater A  
 constituere  
 more tulere  
 conditur, in  
 ter circum  
 decurrere ro  
 lustrare in  
 spargitur et  
 it caelo clam  
 hic alii spoli  
 coniciunt ign  
 frenaque serv  
 ipsorum clip  
 multa boum  
 saetigerosque  
 in flammam  
 ardentis spec

168 iuven  
 et quam m. Ph  
 equitumque sa



obruerent Rutuli telis; animam ipse dedissem  
 atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret.  
 nec vos arguerim, Teucris, nec foedera nec quas  
 iunximus hospitio dextras; sors ista senectae

debita erat nostrae. quod si immatura manebat 165

mors gnatum, caesis Volscorum milibus ante  
 ducentem in Latium Teucros cecidisse iuvabit.

quin ego non alio digner te funere, Palla,

quam pius Aeneas et quam magni Phryges et quam 170

Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis.

magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera Leto;

tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,

esset par aetas et idem si robur ab annis,

Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis? 175

vadite et haec memores regi mandata referte:

quod vitam moror invisam Pallante perempto,

dextera causa tua est, Turnum gnatoque patrique

quam debere vides. meritis vacat hic tibi solus

fortunaque locus. non vitae gaudia quaero, 180

nec fas, sed gnato manis perferre sub imos.

Aurora interea miseris mortalibus almam

extulerat lucem referens opera atque labores:

iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon 185

constituere pyras. huc corpora quisque suorum

more tulere patrum, subiectisque ignibus atris

conditur; in tenebras altum caligine caelum.

ter circum accensos cincti fulgentibus armis

decurrere rogos, ter maestum funeris ignem 190

lustravere in equis ululatusque ore dedere.

spargitur et tellus lacrimis, sparguntur et arma;

et caelo clamorque virum clangorque tubarum.

hic alii spolia occisis derepta Latinis 195

frenaque ferventisque rotas; pars munera nota,

ipsorum clipeos et non felicia tela.

multa boum circa mactantur corpora Morti,

saetigerosque sues raptasque ex omnibus agris

in flammam iugulant pecudes. tum litore toto 200

ardentis spectant socios semiustaque servant

168 *iuvaret* My<sup>3</sup>c<sup>2</sup> *iuvare* R 169/71 *damn.* Kl. 1883, 27; *verba et quam m. Phr.* cet. Rbb; *verba et quam Tyrrh.* cet. Heyne. 171 *equitumque ex. o.* Bentl. 193 *hic] hinc* ed. vet.; *def.* Wagn. LV. 87.

*Phryg. IX, 218.*  
*f. II, 544. X, 688.*

130  
 135  
 140  
 145  
 150  
 155  
 160  
 rrat Thomas X  
 ri pr. M; Ribb.  
 v. Boltensern  
 Heins. dolori  
 repositi petenti



busta neque avelli possunt, nox umida donec  
invertit caelum stellis ardentibus aptum.

Nec minus et miseri diversa in parte Latini  
innumeras struxere pyras et corpora partim  
multa virum terrae infodiunt avectaue partim 205  
finitimos tollunt in agros urbique remittunt,  
cetera confusaeque ingentem caedis acervum  
nec numero nec honore cremant; tunc undique vasti  
certatim crebris conlucent ignibus agri.  
tertia lux gelidam caelo dimoverat umbram: 210  
maerentes altum cinerem et confusa ruebant  
ossa focis tepidoque onerabant aggere terrae.  
iam vero in tectis, praedivitis urbe Latini,  
praecipuus fragor et longi pars maxima luctus.  
hic matres miseraeque nurus, hic cara sororum 215  
pectora maerentum puerique parentibus orbi  
dirum exsecrantur bellum Turnique hymenaeos;  
ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro,  
qui regnum Italiae et primos sibi poscat honores.  
ingravat haec saevus Drances solumque vocari 220  
testatur, solum posci in certamina Turnum.  
multa simul contra variis sententia dictis  
pro Turno, et magnum reginae nomen obumbrat,  
multa virum meritis sustentat fama tropaeis.

Hos inter motus, medio in flagrante tumultu, 225  
ecce! super maesti magna Diomedis ab urbe  
legati responsa ferunt: nihil omnibus actum  
tantorum impensis operum, nil dona neque aurum  
nec magnas valuisse preces; alia arma Latinis  
quaerenda aut pacem Troiano ab rege petendum. 230  
deficit ingenti-luctu rex ipse Latinus.  
fatalem Aenean manifesto numine ferri  
admonet ira deum tumulique ante ora recentes.  
ergo concilium magnum primosque suorum  
imperio accitos alta intra limina cogit. 235  
olli convenere ruuntque ad regia plenis  
tectis viis. sedet in mediis et maximus aevo  
et primus sceptris haud laeta fronte Latinus.  
atque hic legatos Aetola ex urbe remissos,

205 om. Menag. I et Goth. III, damn. Kl. Z6G. 1881, 597.  
220 haec] et Py<sup>1</sup> ec γ<sup>2</sup> 230 petendum M<sup>2bc</sup> Menag. I & Serv. alii que  
grammat. petendam M<sup>1</sup>PRγ 236 fluuntque libri pr. Mb<sup>1</sup>; Serv. Ribb.

quae refera  
ordine cun  
et Venulus

Vidit

atque iter

contigimus

ille urbem

victor Garg

postquam i

munera pra

qui bellum

auditis ille

o fortunat

antiqui Aus

sollicitat su

quicumque

(mitto ea,

quos Simoi

supplicia et

vel Priamo

sidus et E

militia ex

Atrides Pr

exsulat, A

regna Neo

ldomeni

ipse Myce

coniugis in

oppetit: d

... invidis

coniugium

nunc etiam

et socii an

fluminibus

supplicia)

241 tu

a<sup>2b</sup>c Mentel

ne imperf. ve

247 arvis b

post 268 Rit

267 intra] i

γ<sup>2b</sup>c Serv.

272 amissis



quae referant, fari iubet et responsa reposcit 240  
 ordine cuncta suo. tum facta silentia linguis,  
 et Venulus dicto parens ita farier infit:

‘Vidimus, o cives, Diomedem Argivaque castra  
 atque iter emensi casus superavimus omnis  
 contigimusque manum, qua concidit Iliā tellus. 245  
 ille urbem Argypam patriae cognomine gentis  
 victor Gargani condebat Iapygis agris.

postquam intogressi et coram data copia fandi,  
 munera praeferimus, nomen patriamque docemus,  
 qui bellum intulerint, quae causa attraxerit Arpos. 250  
 auditis ille haec placido sic reddidit ore:

‘o fortunatae gentes, Saturnia regna,  
 antiqui Ausonii, quae vos fortuna quietos  
 sollicitat suadetque ignota lacescere bella?  
 quicumque Iliacos ferro violavimus agros 255

(mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis,  
 quos Simois premat ille viros), infanda per orbem  
 supplicia et scelerum poenas expendimus omnes,  
 vel Priamo miseranda manus; scit triste Minervae  
sidus et Euboicae cautes ultorque Caphereus. 260

militia ex illa diversum ad litus abacti  
 Atrides Protei Menelaus adusque columnas  
 exsulat, Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes.  
 regna Neoptolemi referam versosque penatis  
 Idomenei? Libycone habitantis litore Locros? 265

ipse Mycenaeus magnorum ductor Achivom  
 coniugis infandae prima intra limina dextra  
 oppetiit: devictam Asiam subsedit adulter.

... invidisse deos, patriis ut redditus aris  
 coniugium optatum et pulchram Calydona viderem! 270  
 nunc etiam horribili visu portenta sequuntur  
 et socii amissi petierunt aethera pinnis  
 fluminibusque vagantur aves (heu dira meorum  
 supplicia!) et scopulos lacrimosis vocibus implent.

241 *tunc* Py<sup>1</sup>c 243 *Diomedem*  $\chi$  Lachm. Lucr. 50. *Diomede*  
 a<sup>2</sup>b<sup>2</sup>c Mentel. I, Rott. II, ‘antiqui plerique’ Pier. item Ribb., sed verens,  
 ne imperf. versum reliquerit poeta post *Diomedem*, quod boni l. exhibent.  
 247 *arvis* b<sup>2</sup> Mentel. I  $\chi$  Serv. 261 *adacti* M<sup>1</sup> 264/65 transpos.  
 post 268 Ribb. et Lad. 266 post *magnorum* excidisse *ut* stat. Wagn.  
 267 *intra*] *inter* Py<sup>1</sup>c Macr. S. IV 4, 22; Ribb. 268 *devicta Asia*  
 $\gamma$ <sup>2</sup>b<sup>2</sup>c Serv., quod cum verbo *oppetiit* coniungit Gebh. WktPh. 1887, 781.  
 272 *amissis* P<sup>1</sup> *admissis* ‘nonnulli’ test. Serv.



haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt 275  
tempore, cum ferro caelestia corpora demens  
appetii et Veneris violavi vulnere dextram.  
ne vero, ne me ad talis impellite pugnās.  
nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum  
Pergama nec veterum memini laetorve malorum. 280  
munera, quae patriis ad me portatis ab oris,  
vertite ad Aenean. stetimus tela aspera contra  
contulimusque manus; experto credite, quantus  
in clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam.  
si duo praeterea talis Idaea tulisset 285  
terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes  
Dardanus et versis lugeret Graecia fatīs.  
quidquid apud durae cessatum est moenia Troiae,  
Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium  
haesit et in decimum vestigia rettulit annum. 290  
ambo animis, ambo insignes praestantibus armis;  
hic pietate prior. coeant in foedera dextrae,  
qua datur; ast armis concurrant arma, cavele.”  
et responsa simul quae sint, rex optime, regis  
audisti et quae sit magno sententia bello. 295

Vix ea legati, variusque per ora cucurrit  
Ausonidum turbata fremor, ceu saxa morantur  
cum rapidos amnis, fit clauso gurgite murmur  
vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.  
ut primum placati animi et trepida ora quierunt, 300  
praefatus divos solio rex infit ab alto:

‘Ante equidem summa de re statuisset, Latini,  
et vellem et fuerat melius, non tempore tali  
cogere concilium, cum muros adsidet hostis.  
bellum importunum, cives, cum gente deorum 305  
invictisque viris gerimus, quos nulla fatigant  
proelia nec victi possunt absistere ferro.  
spem si quam adscitis Aetolum habuistis in armis,  
ponite. spes sibi quisque; sed haec quam angusta, videtis.  
cetera qua rerum iaceant perculsa ruina, 310  
ante oculos interque manus sunt omnia vestras.  
nec quemquam incuso: potuit quae plurima virtus  
esse, fuit; toto certatum est corpore regni. —

295 *quae de magno s. b.* Madv. 44. *magni s. belli* prop. Lad.;  
cf. Sil. It. VII 223. 304 *obsidet* Mbc<sup>2</sup>mπ

zunc adeo, quae  
expediam et pauci  
est antiquus ager  
longus in occasu  
Aurunci Rutulique  
exercent collis  
haec omnis regio  
cedat amicitiae  
dicamus leges  
considerant, si tan  
sin alios finis ali  
est animus possu  
his denas lito t  
seu pluris compl  
materies; ipsi n  
praecipiant; nos  
praeterea, qui d  
centum oratores  
ire placet pacis  
numera portant  
et sellam regni  
consulte in  
Tum Drac  
obliqua invidi  
largus opum  
dextera, consi  
seditione pote  
nobilitas dabat  
surgit et his o  
rem nulli obs  
consultis, o bo  
quid fortuna fo  
det libertatem  
cuius ob auspi  
(dicam equidem  
lumina tot cec  
consedisse urb  
castra fugae fi  
num etiam de

319 atque  
Madv. 45.



275 nunc adeo, quae sit dubiae sententia menti,  
 expediam et paucis (animos adhibete) docebo. 315  
 est antiquus ager Tusco mihi proximus amni,  
 longus in occasum, finis super usque Sicanos;  
 280 Aurunci Rutulique serunt et vomere duros  
 exercent collis atque horum asperrima pascunt.  
 haec omnis regio et celsi plaga pinea montis 320  
 cedat amicitiae Teucrorum, et foederis aequas  
 dicamus leges sociosque in regna vocemus;  
 285 considant, si tantus amor, et moenia condant.  
 sin alios finis aliamque capessere gentem  
 est animus possuntque solo decedere nostro, 325  
 bis denas Italo texamus robore navis,  
 seu pluris complere valent; iacet omnis ad undam  
 materies; ipsi numerumque modumque carinis  
 290 praecipiant; nos aera, manus, navalia demus.  
 praeterea, qui dicta ferant et foedera firment,  
 centum oratores prima de gente Latinos 330  
 ire placet pacisque manu praetendere ramos,  
 munera portantis aurique eborisque talenta  
 et sellam regni trabeamque insignia nostri.  
 295 consulite in medium et rebus succurrite fessis.' 335

Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni  
 obliqua invidia stimulisque agitabat amaris,  
 largus opum et lingua melior, sed frigida bello  
 300 dextera, consiliis habitus non futilis auctor,  
 seditione potens (genus huic materna superbum 340  
 nobilitas dabat, incertum de patre ferebat)  
 surgit et his onerat dictis atque aggerat iras:  
 'rem nulli obscuram nostrae nec vocis egentem  
 305 consulis, o bone rex; cuncti se scire fatentur,  
 quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant. 345  
 det libertatem fandi flatusque remittat,  
 cuius ob auspiciu infaustum moresque sinistros  
 (dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)  
 310 lumina tot cecidisse ducum totamque videmus  
 consedisse urbem luctu, dum Troia temptat 350  
 castra fugae fidens et caelum territat armis.  
 unum etiam donis istis, quae plurima mitti

319 atque h.] nemorumque Gent 58 et saxa Peerlk. tesquorum  
 Madv. 45. 324 aliamve Pꝛb<sup>c</sup> 345 ferat] petat M<sup>1</sup>y<sup>2</sup>cmꝛ



Dardanidis dicique iubes, unum, optime regum,  
 adicias, nec te ullius violentia vincat,  
 quin natam egregio genero dignisque hymenaeis 355  
 des pater et pacem hanc aeterno foedere firmes.  
 quod si tantus habet mentes et pectora terror,  
 ipsum obtestemur veniamque oremus ab ipso:  
 cedat, ius proprium regi patriaeque remittat.  
 quid miseros totiens in aperta pericula civis 360  
 proicis, o Latio caput horum et causa malorum?  
 nulla salus bello; pacem te poscimus omnes,  
 Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.  
 primus ego, invisum quem tu tibi fingis (et esse  
 nil moror), en! supplex venio. miserere tuorum, 365  
 pone animos et pulsus abi: sat funera fusi  
 vidimus ingentis et desolavimus agros.  
 aut, si fama movet, si tantum pectore robur  
 concipis et si adeo dotalis regia cordi est,  
 aude atque adversum fidens fer pectus in hostem. 370  
 scilicet, ut Turno contingat regia coniunx  
 nos, animae viles, inhumata infletaque turba  
 sternamur campis. etiam tu, si qua tibi vis,  
 si patrii quid Martis habes, illum aspice contra,  
 qui vocat. 375

Talibus exarsit dictis violentia Turni,  
 dat gemitum rumpitque has imo pectore voces:  
 'larga quidem, Drance, semper tibi copia fandit  
 tum, cum bella manus poscunt, patribusque vocatis 380  
 primus ades. sed non replenda est curia verbis,  
 quae tuto tibi magna volant, dum distinet hostem  
 agger moerorum nec inundant sanguine fossae.  
 proinde tona eloquio (solitum tibi) meque timoris  
 argue tu, Drance, quando tot stragis acervos  
 Teucrorum tua dextra dedit passimque tropaeis 385  
 insignis agros. possit quid vivida virtus,  
 quaerere licet; nec longe scilicet hostes  
 exaerendi nobis: circumstant undique muros.  
 imus in adversos? — quid cessas? an tibi Mavors  
 ventosa in lingua pedibusque fugacibus istis 390

356 *pater* commatis saeps. Ribb. Lad.; sust. Kl. *firmer*] *iungas*  
 M<sup>1</sup>P Ribb. *pingas* π<sup>1</sup> (*pangas*?) 373 *et iam* Heins. 381 *desti-*  
*nat* R *destinet* Mπ 382 *aggere* libri pr. γ<sup>2</sup>b Menag.; cf. X 144.  
*murorum* P<sup>2</sup>Ry<sup>1</sup>b<sup>1</sup>cz *nec*] *et* Pγ<sup>1</sup>; cf. X 24.

semper erit?  
 pulsus ego? at  
 arguet, Iliaco  
 sanguine et  
 procubuisse  
 haud ita me  
 et quos mille  
 inclusus muris  
 „nulla salus h  
 Dardanio rebu  
 ne cessa turb  
 gentis bis vict  
 nunc et Myrr  
 [nunc et Tyd  
 amnis et Had  
 vel cum se p  
 artificis scelu  
 numquam an  
 amittes: hab  
 nunc ad te  
 si nullam ne  
 si tam dese  
 funditus oc  
 oremus pa  
 quamquam  
 ille mihi a  
 egregiusque  
 procubuit r  
 sin et opes  
 auxilioque  
 sin et Troi  
 sanguine (s  
 tempestas),  
 defecimus?  
 multa dies  
 rettulit in  
 lusit et in  
 391 v.  
 verba M<sup>2</sup>  
 410 *magne*  
 semul P *si*  
 425 *variusq*



semper erit?

pulsus ego? aut quisquam merito, foedissime, pulsum  
arguet, Iliaco tumidum qui crescere Thybrim  
sanguine et Euandri totam cum stirpe videbit  
procubuisse domum atque exutos Arcadas armis? 395

haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens  
et quos mille die victor sub Tartara misi  
inclusus muris hostilique aggere saeptus.

„nulla salus bello.“ capiti cane talia, demens,  
Dardanio rebusque tuis. proinde omnia magno 400  
ne cessa turbare metu atque extollere viris  
gentis bis victae, contra premere arma Latini.

nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tremescunt,  
[nunc et Tydides et Larissaeus Achilles,]  
amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas. 405

vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit  
artificis scelus et formidine crimen acerbat!  
numquam animam talem dextra hac (absiste moveri) 410  
amittes: habitet tecum et sit pectore in isto. —

nunc ad te et tua magna, pater, consulta revertor. 410  
si nullam nostris ultra spem ponis in armis,  
si tam deserti sumus et semel agminē verso  
funditus occidimus neque habet Fortuna regressum,  
oremus pacem et dextras tendamus inertis.

quamquam o — si solitae quicquam virtutis adesset! 415  
ille mihi ante alios fortunatusque laborum  
egregiusque animi, qui, ne quid tale videret,  
procubuit moriens et humum semel ore momordit.

sin et opes nobis et adhuc intacta iuventus  
auxilioque urbes Italae populique supersunt, 420  
sin et Troianis cum multo gloria venit

sanguine (sunt illis sua funera, parque per omnis  
tempestas), cur indecores in limine primo  
deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus? 425

multa dies variique labor mutabilis aevi  
rettulit in melius, multos alterna revisens  
lusit et in solido rursus Fortuna locavit.

391 v. explet M<sup>1</sup> *nequiquam armis terrebitus hostem*; damn.  
verba M<sup>2</sup> 404 secl. Kl. 1879, 29 itemque Albr. 425; cf. II 197.  
410 *magne* Mbr; sed cf. 469. 412 *simul* Py 418 *simuel* M<sup>1</sup>  
*semul* P *simul* RRbb. *memordit* P<sup>1</sup> 'antiqui aliquot' Pier., Ribb.  
425 *variusque* M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>γ<sup>1</sup>cm Macr. Sat. VI 2, 16. Ribb.



non erit auxilio nobis Aetolus et Arpi:  
 at Messapus erit felixque Tolumnius et quos  
 tot populi misere duces, nec parva sequetur  
 gloria delectos Latio et Laurentibus agris. 430  
 est et Volscorum egregia de gente Camilla  
 agmen agens equitum et florentis aere catervas.  
 quod si me solum Teucri in certamina poscunt  
 idque placet tantumque bonis communibus obsto, 435  
 non adeo has exosa manus Victoria fugit,  
 ut tanta quicquam pro spe temptare recusem.  
 iho animis contra, vel magnum praestet Achillen  
 factaque Volcani manibus paria induat arma  
 ille licet. vobis animam hanc soceroque Latino 440  
 Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus,  
 devovi. "solum Aeneas vocat." et vocet, oro;  
 nec Drances potius, sive est haec ira deorum,  
 morte luat, sive est virtus et gloria, tollat.  
 Illi haec inter se dubiis de rebus agebant 445  
 certantes: castra Aeneas aciemque movebat.  
 nuntius ingenti per regia tecta tumultu  
 ecce ruit magnisque urbem terroribus implet:  
 instructos acie Tiberino a flumine Teucros  
 Tyrrhenamque manum totis descendere campis. 450  
 extemplo turbati animi concussaue volgi  
 pectora et arrectae stimulis haud mollibus irae.  
 arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuventus,  
 flent maesti mussantque patres. hic undique clamor  
 dissensu vario magnus se tollit ad auras, 455  
 haud secus atque alto in luco cum forte catervae  
 consedere avium piscosove amne Padusae  
 dant sonitum rauci per stagna loquacia cyeni. *in. parig. Kn. 85.*  
 'immo' ait 'o cives', arrepto tempore Turnus,  
 'cogite concilium et pacem laudate sedentes; 460  
 illi armis in regna ruunt.' nec plura locutus  
 corripuit sese et tectis citus extulit altis.  
 'tu, Voluse, armari Volscorum edice manipulis;  
 duc' ait 'et Rutulos. equitem, Messapus, in armis,  
 et cum fratre Coras, latis diffundite campis. 465  
 pars aditus urbis firmet turrisque capessat;

433 (= VII 804) Heynio susp. 454 flent matres Gent 59.  
 455 ad] in libri pr. M; Ribb. 461 ruant  $\chi$  463 maniplos Py<sup>1</sup> Ribb.  
 464 equites l. pr. MP<sup>b</sup> 466 firment M<sup>1</sup>Rbc $\pi$  capessant Rb $\pi$

cetera, qua ius  
 illicet in muros  
 concilium ip  
 deserit ac  
 multaque se  
 Dardanium  
 praefodiunt ali  
 subvectant. b  
 bucina. tum  
 matronae pueri  
 nec non ad te  
 subvehitur mag  
 dona ferens iu  
 causa mali tan  
 succedunt mat  
 et maestas alto  
 armipotens, p  
 frange manu t  
 pronum stern  
 Cingitur  
 iamque adeo  
 horrebat squa  
 tempora nud  
 fulgebatque  
 exsultatque  
 qualis ubi ad  
 tandem liber  
 aut ille in p  
 aut adsuetus  
 emicat arrect  
 luxurians lud  
 Obvia c  
 occurrit port  
 desiluit, quan  
 ad terram de  
 Turne, sui  
 audeo et Aen  
 solaue Tyrr  
 469 con  
 fuisse susp. R  
 et aciverit cot  
 487 Rutulum l



cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma.<sup>3</sup>  
 ilicet in muros tota discurritur urbe.

430 concilium ipse pater et magna incepta Latinus  
 deserit ac tristi turbatus tempore differt 470

multaque se incusat, qui non acceperit ultro  
 Dardanium Aenean generumque adsciverit urbi.  
 praefodiunt alii portas aut saxa sudesque  
 435 subvectant. bello dat signum rauca cruentum  
 bucina. tum muros varia cinxere corona 475

matronae puerique, vocat labor ultimus omnis.  
 nec non ad templum summasque ad Palladis arces  
 subvehitur magna matrum regina caterva  
 440 dona ferens iuxtaque comes Lavinia virgo,  
 causa mali tanti, oculos deiecta decoros. 480

succedunt matres et templum ture vaporant  
 et maestas alto fundunt de limine voces:  
 445 'armipotens, praeses belli, Tritonia virgo,  
 frange manu telum Phrygii praedonis et ipsum  
 pronum sterne solo portisque effunde sub altis.' 485

Cingitur ipse furens certatim in proelia Turnus.  
 iamque adeo rutilum thoraca indutus aënis  
 horrebat squamis surasque incluserat auro,  
 450 tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem  
 fulgebatque alta decurrens aureus arce 490

exultatque animis et spe iam praecipit hostem:  
 qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis  
 tandem liber equus campoque potitus aperto  
 455 aut ille in pastus armentaue tendit equarum  
 aut adsuetus aquae perfundi flumine noto 495  
 emicat arrectisque fremit cervicibus alte  
 luxurians luduntque iubae per colla, per armos.

Obvia cui Volscorum acie comitante Camilla  
 460 occurrit portisque ab equo regina sub ipsis  
 desiluit, quam tota cohors imitata relictis 500  
 ad terram defluxit equis; tum talia fatur:

'Turne, sui merito si qua est fiducia forti,  
 audeo et Aeneadam promitto occurrere turmae  
 465 solaue Tyrrhenos equites ire obvia contra.

469 *consil.* M<sup>1</sup>γ<sup>2</sup> Ribb. 469/72 post 476 fortasse inserendos  
 fuisse susp. Ribb. 471 *qui* quod P<sup>2</sup>γ<sup>2</sup> 471/2 verba *acceperit*  
 et *asciverit* commut. Ribb.; Peerlk. praeterea con. 472 *generum atque*  
 487 *Rutulum* libri pr. Rb<sup>1</sup> 495 *aqua* aptum ex verbo *perf.* Madv. 45.



me sine prima manu temptare pericula belli, 505  
tu pedes ad muros subsiste et moenia serva.

Turnus ad haec oculos horrenda in virgine fixus:  
'o decus Italiae virgo, quas dicere grates  
quasve referre parem? sed nunc, est omnia quando  
iste animus supra, mecum partire laborem. 510

Aeneas, ut fama fidem missique reportant  
exploratores, equitum levia improbus arma  
praemisit, quaterent campos; ipse ardua montis  
per deserta iugo superans adventat ad urbem.  
furta paro belli convexo in tramite silvae, 515  
ut bivias armato obsidam milite fauces.

tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis;  
tecum acer Messapus erit turmaeque Latinae  
Tiburtique manus, ducis et tu concipe curam.  
sic ait et paribus Messapum in proelia dictis 520  
hortatur sociosque duces et pergit in hostem.

Est curvo anfractu valles, adcommoda fraudi  
armorumque dolis, quam densis frondibus atrum  
urget utrimque latus, tenuis quo semita ducit  
angustaeque ferunt fauces aditusque maligni. 525  
hanc super in speculis summoque in vertice montis  
planities ignota iacet tutique receptus,  
seu dextra laevaue velis occurrere pugnae  
sive instare iugis et grandia volvere saxa.  
huc iuvenis nota fertur regione viarum 530  
arripuitque locum et silvis insedit iniquis.

Velocem interea superis in sedibus Opim,  
unam ex virginibus sociis sacraque caterva,  
compellabat et has tristes Latonia voces  
ore dabat: 'graditur bellum ad crudele Camilla, 535  
o virgo, et nostris nequiquam cingitur armis,  
cara mihi ante alias. neque enim novus iste Dianae  
venit amor subitaque animum dulcedine movit.  
pulsus ob invidiam regno virisque superbas  
Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe, 540

507 *fixos γ fixis* M<sup>1c</sup> inde *oculis . . fixis* prop. Heins.

523 s. *quam . . latus* secl. Rbb.; cf. VII 565 s. 526 *e spec.* P<sup>γ</sup>;

cf. 877. *in prius om.* Ra<sup>1</sup> 527 *recessus* M<sup>2R</sup>; cf. Serv.

534 *tristi* R verba *neque enim* 537 . . *colit* 584 Ribb. Heindrichi et  
Peerlkampi suspensiones amplexus ut secundis curis a poeta in schedas  
coniecta non Dianae tribuit, sed in parenthesi ponit.

infantem fugie  
sustulit exsilio  
nomine Casmi  
ipse sinu pro  
solorum nemo  
et circumfuso  
ecce! fugae m  
spumabat ripis  
ruperat. ille  
tardatur carquo  
versanti subito  
telum immane  
bellator, solidu  
hinc natam lib  
implicat atque  
quam dextra in  
alma, tibi har  
ipse pater fami  
tela tenens sup  
diva tuam, qua  
dixit et adduct  
immittit: son  
infelix fugit in  
at Metabus ma  
dat sese fluvio  
gramineo, don  
non illum tect  
accepere, neq  
pastorum et s  
hic natam in  
armentalis equ  
nutribat teneri  
utque pedum p  
insiterat, iacu  
spiculaque ex  
pro crinali aur  
tigridis exuvia  
tela manu iam  
et fundam tere  
Strymoniamque

552 *ferabat*  
M. Axtium Peerlk.



505 infantem fugiens media inter proelia belli  
 sustulit exsilio comitem matrisque vocavit  
 nomine Casmillae mutata parte Camillam.  
 ipse sinu prae se portans iuga longa petebat  
 510 solorum nemorum: tela undique saeva premebant 545  
 et circumfuso volitabant milite Volsci.  
 ecce! fugae medio summis Amasenus abundans  
 spumabat ripis: tantus se nubibus imber  
 ruperat. ille innare parans infantis amore  
 515 tardatur caroque oneri timet. omnia secum 550  
 versanti subito vix haec sententia sedit:  
 telum immane manu valida quod forte gerebat  
 bellator, solidum nodis et robore cocto,  
 huic natam libro et silvestri subere clausam  
 520 implicat atque habilem mediae circumligat hastae; 555  
 quam dextra ingenti librans ita ad aethera fatur:  
 "alma, tibi hanc, nemorum cultrix, Latonia virgo,  
 ipse pater famulam voveo; tua prima per auras  
 tela tenens supplex hostem fugit. accipe, testor,  
 525 diva tuam, quae nunc dubiis committitur auris." 560  
 dixit et adducto contortum hastile lacerto  
 immittit: sonuere undae, rapidum super amnem  
 infelix fugit in iaculo stridente Camilla.  
 at Metabus magna propius iam urgente caterva  
 530 dat sese fluvio atque hastam cum virgine victor 565  
 gramineo, donum Triviae, de caespite vellit.  
 non illum tectis ullae, non moenibus urbes  
 acceperere, neque ipse manus feritate dedisset;  
 535 pastorum et solis exegit montibus aevum.  
 hic natam in dumis interque horrentia lustra 570  
 armentalis equae mammis et lacte ferino  
 nutribat teneris immulgens ubera labris.  
 utque pedum primis infans vestigia plantis  
 540 institerat, iaculo palmas armavit acuto  
 spiculaque ex umero parvae suspendit et arcum; 575  
 pro crinali auro, pro longae tegmine pallae  
 tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent.  
 tela manu iam tum tenera puerilia torsit  
 et fundam tereti circum caput egit habena  
 Strymoniamque gruem aut album deiecit olorem. 580

552 *ferebat* M<sup>2</sup> Lad. 566 *tollit* Py<sup>1</sup> 567 *ullae*] *villae* post  
 M. Axtium Peerlk. *ulli* Gütthl. 1886, 8. 574 *oneravit* b Moret. I Serv.



multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres  
 optavere nurum: sola contenta Diana  
 aeternum telorum et virginitatis amorem  
 intemerata colit. | vellem, haud correpta fuisset  
 militia tali conāta lacessere Teucros:  
 cara mihi comitumque foret nunc una mearum.  
 verum age, quandoquidem fatis urgetur acerbis,  
 labere, nympha, polo finisque invisē Latinos,  
 tristis ubi infausto committitur omine pugna.  
 haec cape et ultricem pharetra deprome sagittam:  
 hac, quicumque sacrum voliarit volnere corpus,  
 Tros Italusque, mihi pariter det sanguine poenas.  
 post ego nube cava miserandae corpus et arma  
 inspoliata feram tumulo patriaeque reponam.  
 dixit, at illa levis caeli delapsa per auras  
 insonuit nigro circumdata turbine corpus.

At manus interea muris Troiana propinquit  
 Etruscique duces equitumque exercitus omnis,  
 compositi numero in turmas. fremit aequore toto  
 insultans sonipes et pressis pugnat habenis  
 huc conversus et huc; tum late ferreus hastis  
 horret ager campique armis sublimibus ardent.  
 nec non Messapus contra celeresque Latini  
 et cum fratre Coras et virginis ala Camillae  
 adversi campo apparent hastasque reductis  
 protendunt longe dextris et spicula vibrant,  
 adventusque virum fremitusque ardescit eorum.  
 iamque intra iactum teli progressus uterque  
 substiterat: subito erumpunt clamore furentisque  
 exhortantur equos; fundunt simul undique tela  
 crebra nivis ritu, caelumque obtexitur umbra.  
 continuo adversi Tyrrhenus et acer Aconteus  
 conixi incurrunt hastis primique ruinam  
 dant sonitu ingenti perfractaque quadrupedantum  
 pectora pectoribus rumpunt; excussus Aconteus  
 fulminis in morem aut tormento ponderis acti

592 *Italusve* c<sup>x</sup> Serv. 593/4 damn. Güthl. 1886, 9. 606 *prae-*  
*tendunt* M<sup>1</sup> 607 *adventusque v. fremitus crudescit e.* Hoffm. ZöG.  
 1853, 518. *accrescit* Häberlin PhA. 1887, 601. *versum* damn. Ribb.,  
 post 602 collocari mavult Kl. 609 *substiterant* R *constituerant* M<sup>1</sup>  
*substiterat* M<sup>2</sup> 612 *adversis* P<sup>1</sup> Serv. pl. 613 *ruina* P<sup>2</sup> Moret. II  
 et IV, Ribb. 614 *sonitum* MP<sup>1</sup> duo Moret., Ribb. *ingentem* P<sup>1</sup>

585

Ov. met. II, 715.

590

595

600

605

610

615

praecipitat le  
 Extemp  
 reiciunt par  
 Troes agu  
 iamque pr  
 clamorem to  
 hi fugiunt p  
 qualis ubi a  
 nunc ruit a  
spumeus ext  
 nunc rapidu  
 saxa fugit li  
 bis Tuscī R  
 bis reiecti a  
 tertia sed p  
 implicuere  
 tum vero e  
 armaque co  
 semianimes  
 Orsilochus  
 hastam inte  
 quo sonip  
 volneris im  
 volvitur ille  
 ingentemqu  
 deicit Herr  
 caesaries n  
 tantus in a  
 acta tremi  
 funditur at  
 certantes p  
 At m  
 unum ex  
 et nunc le  
 nunc valid  
 aureus ex  
 illa etiam,  
 spicula co  
 623 R  
 ad 630.  
 638 ferit M  
 tergum, sig  
 Vergilius.



praecipitat longe et vitam dispergit in auras.

Extemplo turbatae acies versique Latini  
reiciunt parmas et equos ad moenia vertunt;  
Troes agunt, princeps turmas inducit Asilas. 620

iamque propinquabant portis; rursusque Latini  
clamorem tollunt et mollia colla reflectunt,  
hi fugiunt penitusque datis referuntur habenis,  
qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus,  
nunc ruit ad terram scopulosque superiacit unda 625

spumeus extremamque sinu perfundit harenam,  
nunc rapidus retro atque aestu revoluta resorbens  
saxa fugit litusque vado labente relinquit.  
bis Tusci Rutulos egere ad moenia versos,  
bis reiecti armis respectant terga tegentes. 630

tertia sed postquam congressi in proelia totas  
implicuere inter se acies legitque virum vir,  
tum vero et gemitus morientum et sanguine in alto  
armaque corporaque et permixti caede virorum  
semianimes voluntur equi: pugna aspera surgit. 635

Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,  
hastam intorsit equo ferrumque sub aure reliquit;  
quo sonipes ictu furit arduus altaque iactat  
volneris impatiens arrecto pectore crura:  
volvitur ille excussus humi. Catillus Iollan 640

ingentemque animis, ingentem corpore et armis  
deicit Herminium, nudo cui vertice fulva  
caesaries nudique umeri, nec vulnera terrent;  
tantus in arma patet. latos huic hasta per armos  
acta tremit duplicatque virum transfixa dolore. 645  
funditur ater ubique cruor, dant funera ferro  
certantes pulchramque petunt per vulnera mortem.

At medias inter caedes exsultat Amazon  
unum exserta latus pugnae, pharetrata Camilla,  
et nunc lenta manu spargens hastilia densat, 650  
nunc validam dextra rapit indefessa bipennem;  
aureus ex umero sonat arcus et arma Dianae.  
illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,  
spicula converso fugientia dirigit arcu.

623 Ribb. puncto post *haben*is posito sententiam continuat usque  
ad 630. 625 *terras* M; cf. G. III 239. 635 *semineces* γ<sup>2</sup>  
638 *ferit* M'R 650 *denset* M<sup>2</sup>b<sub>x</sub> Serv. pl.; Ribb. Lad. 653 *in*  
*tergum, siquando* b Ribb. 654 *derigit* libri pr. *et*; Ribb.



at circum lectae comites, Larinaque virgo 655  
 Tullaque et aeratam quatiens Tarpeia securim,  
 Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla  
 delegit pacisque bonas bellique ministras,  
 quales Threiciae cum flumina Thermodontis 660  
 pulsant et pictis bellantur Amazones armis,  
 seu circum Hippolyten seu cum se Martia curru  
 Penthesilea refert magnoque ululante tumultu  
 feminea exsultant lunatis agmina peltis.

Quem telo primum, quem postremum, aspera virgo,  
 deicis? aut quot humi morientia corpora fundis? 665

Euneum Clytio primum patre, cuius apertum  
 adversi longa transverberat abiete pectus;  
 sanguinis ille vomens rivos cadit atque cruentam  
 mandit humum moriensque suo se in volnere versat.  
 tum Lirim Pagasumque super; quorum alter habenas 670  
 suffosso revolutus equo dum colligit, alter  
 dum subit ac dextram labenti tendit inermem,  
 praecipites pariterque ruunt. his addit Amastrum  
 Hippotaden sequiturque incumbens eminus hasta

Tereaque Harpalcumque et Demophoonta Chrominque, 675  
 quotque emissa manu contorsit spicula virgo,  
 tot Phrygii cecidere viri. procul Ornytus armis  
ignotis et equo venator Iapyge fertur,  
 cui pellis latos umeros erepta iuvenco  
pugnatori operit, caput ingens oris hiatus 680  
 et malae texere lupi cum dentibus albis

agrestisque manus armat sparus; ipse catervis  
 vertitur in mediis et toto vertice supra est.  
 hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verso)  
 traicit et super haec inimico pectore fatur: 685

'silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?  
 advenit, qui vestra dies muliebribus armis  
verba redarguerit. nomen tamen haud leve patrum  
manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.  
 protinus Orsilochem et Buten, duo maxima Teucrum 690  
 corpora; sed Buten aversum cuspide fixit  
 lorican galeamque inter, qua colla sedentis

656 *securem* γ<sup>1</sup> Mentel. II Prisc. 350, 5. Ribb. 657 *dia* γ<sup>b2c2</sup>  
 Serv. Prisc. 466, 2. *dura* R *diuvia* M<sup>1</sup> *diva* cet. l. 671 *suffosso*  
 M<sup>1</sup>b<sup>1</sup>π; cf. Serv. *suffuso* cet. l., Ribb. 675 *Chrominque* β<sub>x</sub> Lad.  
 688 *redargueret* Rybc<sup>2</sup>π

lucent et laev  
 Orsilochem fu  
 eludit gyro in  
 tum validam  
 altior exsurge  
 congeminat:

Incidit h  
 Appennicola  
 haud Ligurum  
 isque, ubi se  
 posse neque  
 consilio versa  
 incipit haec:  
 fides equo?  
 mecum crede

iam nosces,  
 dixit, at illa  
 tradit equum  
 ense pedes  
 at juvenis vi  
 (haud mora)  
 quadrupedum  
 vane Ligus

nequiquam  
 nec fraus te  
 haec fatur v  
 transit equu  
 congregitur  
 quam facile  
 consequitur  
 comprensam  
 tum cruor e

At non  
 observans oc  
 Tyrrhenum  
 suscitatur et s  
 ergo inter c  
 fertur equo  
 nomine que

708 *laev*  
 contra Heins.  
 cuti Heins. B



655 lucent et laevo dependet parma lacerto;  
Orsilochum fugiens magnumque agitata per orbem  
eludit gyro interior sequiturque sequentem; 695  
tum validam perque arma viro perque ossa securim  
altior exurgens oranti et multa precanti  
660 congeminat: volnus calido rigat ora cerebro.

Incidit huic subitoque aspectu territus haesit  
Appenninicolae bellator filius Auni, 700

haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.  
isque, ubi se nullo iam cursu evadere pugnae  
posse neque instantem reginam avertere cernit,  
consilio versare dolos ingressus et astu,

665 incipit haec: 'quid tam egregium, si femina forti  
fidis equo? dimitte fugam et te comminus aequo  
mecum crede solo pugnaeque accinge pedestri:  
iam nosces, ventosa ferat cui gloria fraudem.' 705

dixit, at illa furens acrique accensa dolore  
tradit equum comiti paribusque resistit in armis, 710  
ense pedes nudo puraque interrita parma.

at juvenis vicisse dolo ratus avolat ipse  
(haud mora) conversisque fugax aufertur habenis  
quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.  
'vane Ligus frustra que animis elate superbis, 715  
nequiquam patrias temptasti lubricus artis,  
nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.'

680 haec fatur virgo et pernicibus ignea plantis  
transit equum cursu frenisque adversa prehensis  
congregitur poenasque inimico ex sanguine sumit, 720  
quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto  
consequitur pinnis sublimem in nube columbam  
comprehensamque tenet pedibusque eviscerat uncis;  
685 tum cruor et volsae labuntur ab aethere plumae.

At non haec nullis hominum sator atque deorum 725  
observans oculis summo sedet altus Olympo:

Tyrrhenum genitor Tarchonem in proelia saeva  
suscitat et stimulis haud mollibus incit iras.  
ergo inter caedes cedentiaque agmina Tarchon  
fertur equo variisque instigat vocibus alas 730  
nomine quemque vocans reficitque in proelia pulsos:

708 *laudem* M<sup>2</sup>P<sup>2</sup>c<sup>1</sup>π<sup>1</sup> (cf. Serv.) Wagn. idem in γ esse putat Ribb.,  
contra Heins. *poenam* ut in χ 728 *incit* Rer *incitat* MPγb *in-*  
*cutit* Heins. Ribb.



'quis metus, o numquam dolituri, o semper inertes  
 Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?  
 femina palantis agit atque haec agmina vertit!  
 quo ferrum quidve haec gerimus tela inrita dextris? 735  
 at non in Venerem segnes nocturnaue bella  
 aut, ubi curva choros indixit tibia Bacchi,  
 exspectate dapes et plenae pocula mensae  
 (hic amor, hoc studium), dum sacra secundus haruspex  
 nuntiet ac lucos vocet hostia pinguis in altos. 740

Haec effatus equum in medios moriturus et ipse  
 concitat et Venulo adversum se turbidus infert  
 dereptumque ab equo dextra complectitur hostem  
 et gremium ante suum multa vi concitus aufert.  
 tollitur in caelum clamor cunctique Latini 745  
 convertere oculos. volat igneus aequore Tarchon  
 arma virumque ferens, tum summa ipsius ab hasta  
 defringit ferrum et partis rimatur apertas,  
 qua vulnus letale ferat; contra ille repugnans  
 sustinet a iugulo dextram et vim viribus exit. 750  
 utque volans alte raptum cum fulva draconem  
 fert aquila implicuitque pedes atque unguibus haesit,  
 saucius at serpens sinuosa volumina versat  
 arrectisque horret squamis et sibilat ore  
 arduus insurgens, illa haud minus urget obunco 755  
 luctantem rostro, simul aethera verberat alis,  
 haud aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon  
 portat ovans. ducis exemplum eventumque secuti  
 Maeonidae incurrunt. — tum fatis debitus Arruns  
 velocem iaculo et multa prior arte Camillam 760  
 circuit et, quae sit fortuna facillima, temptat.  
 qua se cumque furens medio tulit agmine virgo,  
 hac Arruns subit et tacitus vestigia lustrat;  
 qua victrix redit illa pedemque ex hoste reportat,  
 hac iuvenis furtim celeris detorquet habenas.  
 hos aditus iamque hos aditus omnemque pererrat 765  
 undique circuitum et certam quatit improbus hastam.

Forte sacer Cybelae Chloerus olimque sacerdos

734 *pallentis* Mentel. I  $\chi$  post 737 puncto dist. Kl. 1879, 29;  
 post 738 Pald. 738 *expectare* Goth. I et III,  $\chi$ ; ed. vet., Wagn.  
 742 *offert* Ry 766/7 fortasse post 763 coll. cens. Kl. 768 *sacer*  
*satus* aliquot ant. Pierii *Cybelae* Macr. V 1, 12. *Cybele*  $\gamma\pi$  *Cybelo*  
 cet. libri Serv. Ribb. *Chioreus*  $\pi$  *Choreus* Ma<sup>1</sup> Macr. Ribb.

insignis longe  
 spumantemque  
 in plumam squ  
 ipse peregrin  
 spicula torquen  
 aureus ex une  
 cassida; tum et  
 carbaseos fulvo  
 pietus acu tuni  
 hunc virgo, si  
 Troia captivo  
 venatrix unum  
 caeca sequebat  
 femineo praeda  
 telum ex insid  
 concitat et sup  
 summe deum  
 quem primi  
 pascitur et m  
 cultores multa  
 da, pater, ho  
 omnipotens  
 virginis aut s  
 facta Terent;  
 pulsa cadat,  
 Audiit et  
 mente dedit,  
 sterneret ut s  
 adouit oranti;  
 non dedit, in  
 ergo, ubi mis  
 convertere ani  
 cuncti ad regi  
 nec sonitus m  
 hasta sub ext  
 haesit virgine  
 concurrunt tr  
 suscipiunt. fu

774 *umer*  
 H. Stephanus et  
 primam  $\chi$  H  
 succip. b<sup>2</sup> Ribb.



insignis longe Phrygiis fulgebat in armis  
spumantemque agitabat equum, quem pellis aënis 770  
in plumam squamis auro conserta tegebat.

ipse peregrina ferrugine clarus et ostro  
spicula torquebat Lycio Gortynia cornu;  
κ. aureus ex umeris erat arcus et aurea vati  
cassida; tum croceam chlamydemque sinusque crepantis 775  
carbaseos fulvo in nodum collegerat auro

pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum.  
hunc virgo, sive ut templis praefigeret arma  
Troja captivo sive ut se ferret in auro,

venatrix unum ex omni certamine pugnae 780  
caeca sequebatur totumque incauta per agmen

femineo praedae et spoliolorum ardebat amore,  
telum ex insidiis cum tandem tempore capto  
conciat et superos Arruns sic voce precatur:  
‘summe deum, sancti custos Soractis Apollo, 785

quem primi colimus, cui pineus ardor acervo  
pascitur et medium freti pietate per ignem  
cultores multa premimus vestigia pruna,

da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,  
omnipotens! non exuvias pulsaeve tropaeum 790  
virginis aut spolia ulla peto, mihi cetera laudem  
facta ferent; haec dira meo dum vulnere pestis  
pulsa cadat, patrias remeabo inglorius urbes.’

Auduit et voti Phoebus succedere partem  
mente dedit, partem volucris dispersit in auras: 795

sterneret ut subita turbatam morte Camillam,  
adnuit oranti; reducem ut patria alta videret,  
non dedit, inque Notos vocem vertere procellae.

ergo, ubi missa manu sonitum dedit hasta per auras,  
convertere animos acris oculosque tulere 800

cuncti ad reginam Volsci; nihil ipsa nec aurae  
nec sonitus memor aut venientis ab aethere teli,  
hasta sub exsertam donec perlata papillam  
haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.

concurrunt trepidae comites dominamque ruentem 805  
suscipiunt. fugit ante omnis exterritus Arruns

774 *umero γγ erat] sonat γα²εα Lad. (cf. 652). 780 dist.*  
H. Stephanus et Ribb. post *venatrix*, non ante. 786 *primis P¹*  
*primum γ Hirpini Peerlk. 799 ubi M ut cet. l., Ribb. 806*  
*succip. b² Ribb.*

eto dist. Kl. 1879, 20  
x; ed. vet. Wagn.  
oms. Kl. 768 ante  
12. Cybele γγ  
la' Macr. Ribb.



laetitia mixtoque metu nec iam amplius hastae  
 credere nec telis occurrere virginis audet.  
 ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,  
 continuo in montis sese avius abdidit altos  
 occiso pastore Jupus magnove iuvenco  
 conscius audacis facti caudamque remulcens  
 subiecit pavitantem utero silvasque petivit,  
 haud secus ex oculis se turbidus abstulit Arruns  
 contentusque fuga mediis se immiscuit armis.

Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter  
ferreus ad costas alto stat volnere mucro.

labitur exsanguis, labuntur frigida leto  
 lumina, purpureus quondam color ora reliquit.  
 tum sic expirans Accam, ex aequalibus unam,  
 adloquitur, fida ante alias quae sola Camillae,  
 quicum partiri curas, atque haec ita fatur:

'hactenus, Acca soror, potui; nunc volnus acerbum  
 conficit et tenebris nigrescunt omnia circum.  
 effuge et haec Turno mandata novissima perfer:  
 succedat pugnae Troianosque arceat urbe.

iamque vale.' simul his dictis linquebat habenas  
 ad terram non sponte fluens. tum frigida toto  
 paulatim exsolvit se corpore lentaque colla  
 et captum leto posuit caput arma relinquens  
 vitaeque cum gemitu fugit indignata sub umbras.  
 tum vero immensus surgens ferit aurea clamor  
 sidera, deiecta crudescit pugna Camilla:

incurrunt densi simul omnis copia Teucrum  
 Tyrrhenique duces Euandrique Arcades alae.

At Triviae custos iamdudum in montibus Opis  
alta sedet summis spectatque interrita pugnas;  
 utque procul medio iuvenum in clamore furentum  
 prospexit tristi multatam morte Camillam,  
 ingemuitque deditque has imo pectore voces:  
 'heu nimium, virgo, nimium crudele luisti  
 supplicium Teucros conata lacescere bello!

- 818 *telo* 'alii' ap. Serv. 818/19 *damu*. Kv. 1878, 264.  
 819 *quoniam* Häberlin PhA. 1887, 601. *relinquit* cz 821 *fidam*  
 M<sup>2</sup>P<sup>1</sup>b<sup>2</sup> Ribb. *fidem* b<sup>1</sup> 822 *structuram absolutam esse vix credit*  
 Ribb. Pr. 85. 830 *arma* .. *umbras* 831 *damu*. Peerlk. *relinquit* Ra<sup>1</sup>  
*relinquunt* Probus ap. Serv. pl., Ribb. 835 *Tyrrhenumque* M Lad.  
 838 *iuvenem* P<sup>1</sup>γ<sup>2</sup>b<sup>1</sup> *med. post iuv.* Pγ *furentem* My<sup>2</sup>b<sup>1</sup> 839 *mul-*  
*catam* libri pr. c<sup>1</sup>π; Serv. pl. Ribb. 841 *subisti* π

f. O. p. 85.

810

815

820

825

830

835

840

nec tibi deser  
 profuit aut n  
 non tamen in  
 extrema iam  
 per gentis et  
 nam quicumq  
 morte luet m  
 regis Dercenn  
 antiqui Laure  
 hic dea se pr  
 sistit et Arru  
 ut vidit fulge  
 'cur' inquit  
 huc periture  
 praemia. tu  
 dixit et aurat  
 deprompsit p  
 et duxit lon  
 inter se cap  
 laeva aciem  
 exemplo tel  
 audiit una A  
 illum expira  
 oblitus ignot  
 Opis ad aeth  
 Prima  
 turbati fugiu  
 disiectique d  
 tuta petunt  
 nec quisquam  
 sustentare va  
 sed laxos rel  
 quadrupedum  
 volvitur ad  
 pulvis et e  
 femineum cl  
 qui cursu p

844 *sagi*  
 Pγa<sup>2</sup>b<sup>1</sup>c  
 854 *fulgentem*  
 855 *derige* lib  
 malim ne tu



nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam  
 profuit aut nostras umero gessisse sagittas.  
 non tamen indecorem tua te regina reliquit  
 extrema iam in morte, neque hoc sine nomine letum 845  
 per gentis erit aut famam patieris inultae.  
 nam quicumque tuum violavit volnere corpus,  
 morte luet merita. fuit ingens monte sub alto  
 regis Percenni terreno ex aggere bustum 850  
 antiqui Laurentis opacaque ilice tectum;  
 hic dea se primum rapido pulcherrima nisu  
 sistit et Arruntem tumulo specularur ab alto.  
 ut vidit fulgentem armis ac vana tumentem:  
 'cur' inquit 'diversus abis? huc dirige gressum, 855  
 huc periture veni, capias ut digna Camillae  
 praemia. tune etiam telis moriere Dianae?'  
 dixit et aurata volucrem Threissa sagittam  
 deprompsit pharetra cornuque infensa tetendit  
 et duxit longe, donec curvata coirent 860  
 inter se capita et manibus iam tangeret aquis,  
 laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.  
 exemplo teli stridorem aurasque sonantis  
 audiit una Arruns haesitque in corpore ferrum.  
 illum expirantem socii atque extrema gementem 865  
 obliti ignoto camporum in pulvere linquunt;  
 Opis ad aetherium pinnis auferitur Olympum.  
 Prima fugit domina amissa levis ala Camillae;  
 turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas,  
 disiectique duces desolatique manipuli 870  
 tuta petunt et equis aversi ad moenia tendunt.  
 nec quisquam instantis Teucros letumque ferentis  
 sustentare valet telis aut sistere contra,  
 sed laxos referunt umeris languentibus arcus  
 quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum. 875  
 volvitur ad muros caligine turbidus atra  
 pulvis et e speculis percussae pectora matres  
 femineum clamorem ad caeli sidera tollunt.  
 qui cursu portas primi inrupere patentis,

844 sagittas Mx pharetras cet. l. 845 relinquit b<sup>2</sup> relinquet  
 Pya<sup>2</sup>b<sup>1</sup>c 850 Percenni Bergk Phil. 1859, 389. 852 ea M<sup>1</sup>  
 854 fulgentem armis] laetantem animis M<sup>1</sup> surgentem animis Leid.  
 855 derige libri pr. cz<sup>2</sup>; Ribb. 857 tunc] ne tu Kl. ZöG. 1881, 598.  
 malim ne tu iam. 875 quadripedoque F<sup>1</sup>R



hos inimica super mixto premit agmine turba, 880  
 nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,  
 moenibus in patriis atque intra tuta domorum  
 confixi exspirant animas. pars claudere portas,  
 nec sociis aperire viam nec moenibus audent  
 accipere orantis, oriturque miserrima caedes 885  
 defendentum armis aditus inque arma ruentum.  
 exclusi ante oculos lacrimantumque ora parentum  
 pars in praecipites fossas urgente ruina  
 volvitur, immissis pars caeca et concita frenis  
 arietat in portas et duros obice postis. 890  
 ipsae de muris summo certamine matres  
 (monstrat amor verus patriae), ut videre Camillam,  
 tela manu trepidae iaciunt ac robore duro  
 stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis  
 praecipites primaeque mori pro moenibus ardent. 895  
 Interea Turnum in silvis saevissimus implet  
 nuntius et iuveni ingentem fert Acca tumultum:  
 deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,  
 ingruere infensos hostis et Marte secundo  
 omnia corripuisse, metum iam ad moenia ferri. 900  
 ille furens (et saeva Iovis sic numina poscunt)  
 deserit obsessos collis, nemora aspera linquit.  
 vix e conspectu exierat campumque tenebat,  
 cum pater Aeneas saltus ingressus apertos  
 exsuperatque iugum silvaeque evadit opaca. 905  
 sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur  
 agmine nec longis inter se passibus absunt,  
 ac simul Aeneas fumantis pulvere campos  
 prospexit longe Laurentiaque agmina vidit,  
 et saevum Aenean agnovit Turnus in armis 910  
 adventumque pedum flatusque audivit equorum.  
 continuoque incant pugnans et proelia temptent,  
 ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Hiberno  
 tinguat equos noctemque die labente reducat.  
 considunt castris ante urbem et moenia vallant. 915

882 *inter libri pr.* MR; Ribb. 892 *versus R vires coni.* Thilo  
*versas* Schröt. 1888, 12. *patriae, versam* Schap. continuata parenthesi  
 usque ad *Camillam.* Peerlk. v. damn. 895 *audent* M<sup>2</sup>,<sup>2</sup>bc Serv.  
 901 *pellunt* R Ribb. 903 *camposque* M<sup>1</sup> 911 *adventusque* M<sup>2</sup>  
*pedum] virum* π 912 *ineunt* M<sup>1</sup>b *temptant* γc

892 *ultum ire Camillam*  
*Haebertii Philolog. 50, p. 162.*

Turnus, ut suo  
 cum nec Lat  
 Aeneam sing  
 postridie dum  
 quod de f  
 Rutuli Iunonis  
 ut Tolunni or

Aeneas ad are  
 Turnus reduct  
 Aeneas contra  
 unum petit  
 sequitur, ut al  
 tum Aeneas n  
 qua re cognit  
 Turnus repu

Commisso cer  
 Aeneae hasta  
 neque vero  
 denique ubi  
 proprium l  
 luturnamque,  
 Aeneas Tu  
 eius m

Turnus  
 defecisse vi  
 se signari o  
 attollitque a  
 saucius ille  
 tum demum  
 excutiens c  
 impidus f  
 haud secus  
 tum sic ad  
 nulla mora